



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

30 Aduocati nomen quo tempore ab Ecclesia Romana coeperit vsurpari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

fensorem usque ad tempora A-  
lexandri Secundi anno Domini  
1062. cum inter Defensorem  
Ecclesiæ Romanæ, & Aduoca-  
tum Regium facta fuit disce-  
ptatio relata per Baron. *Annal.*  
*tom. 11. pag. 303. & seq.* no-  
men \*verò Aduocati ab Ecclesia 30  
Romana usurpatum fuisse Inno-  
centii Secundi temporibus an-  
no Domini 1141. qui Aduo-  
catis Romanæ Vrbis censum  
annuum Centum librarum mo-  
netæ Papalis constituit de Ca-  
mera sua, cuius rei *ex antiquo*  
*Codice Vaticano* meminit Ba-  
ron. *Annal. tom. 12. fol. 303.*  
*vers. de eodem.* Mox tempore  
Alexandri Tertii creati anno  
Domini 1159. ex actis eiusdem

re-

## 48 CAPVT

relatis è Codice Vaticano per Ba-  
ron. dicto tom. 12. & anno 1159.  
fol. 431. in illis verbis, *Vbi ipsa*  
*Dominica die conuocatis Fratribus*  
*in unum iunctis, videlicet, Gre-*  
*gorio Sabinensi &c. Episcopis,*  
*Cardinalibus quoque Praesbiteris,*  
*& Diaconibus, simulque Abba-*  
*tibus, Prioribus, Iudicibus, Ad-*  
*uocatis, Scriniarijs, & Primice-*  
*rio cum Schola Cantorum, nobis-*  
*libus quoque, & plurima parte*  
*Populi Romani D. Alexander per*  
*manus Hostiensis Episcopi &c.*  
*praeunte Spiritus Sancti gratia*  
*consecratus est &c. & litteris eius-*  
*dem Alexandri ad Gerardum*  
*Episcopum, & Canonicos Bo-*  
*nonienses relatis per Rhoderi-*  
*cum in Vita Federici Primi Im-*

pe-

peratoris lib. 2. cap. 51. & Baron.  
dicto tom. 12. & anno 1159.  
fol. 431. & seqq. ibi. Iudicibus,  
*Aduocatis, Scriniarijs &c.* simi-  
libusque litteris eiusdem Ale-  
xandri Tertii relatis per Hiero-  
nymum Rubeum in *Historia*  
*Rauennat.* lib. 5. anno Domini  
1159. fol. 341. & seqq. ibi. Iu-  
dicibus, *Aduocatis, Scriniarijs*  
*&c.* quod sanè in locis præfatis  
de Consistorialibus tantùm in-  
telligi debet, qui vna cùm Scri-  
niariis, idest Secretariis, inter-  
sunt actis publicis Coronationis  
Summi Pontificis. Quorum  
pariter mentio fit à Baronio ex  
actis Vaticanis dicto tom. 12. An-  
no Domini 1165. & VI. dicti  
Alexandri Tertiij fol. 522. ibi .

D Iu-

## 50 CAPUT

*Indices cùm Aduocatis &c. & ferè post duo sæcula in Constitutione secunda Benedicti XII.*

31 Expressa \* quoque mentio Aduocati Consistorialis fit in vita Bonifacii VIII. ad Pontificatum eius Nono Kalen. Ianuarii 1294. quem sub nomine Benedicti Caietani in Curia Romana fuisse Aduocatum Consistoriale testatur Alphonsus Ciacconius in eius vita tom. 2. fol. 642. Et ante Bonifacium VIII. Clementem quoque IV. Summum Pontificem, creatum Perusiis per compromissum Non. Febr. 1265. in numerum Aduocatorum Consistorialium fuisse cooptatum sub nomine Guidonis Fulcodii Galli patria

Nar-